talibus modis apprehendendi determinate et
vage ſeu de apprehenſione determinata ⁊ va-
ga ad bonum intellectuz verbi.in rerum tamen
natura non cadit diſtinctio ſingularis determi
nati ⁊ vagi.quaſi ſit aliquis verus elephas ex-
tra animaz ſingularis determinatus aliquis ve
ro vagus. Sed quilibet eſt aliquis ſingularis
certus ⁊ determinatus ⁊ diſcretus a quolibet
alio. Nunc autem non eſt ratio ꝓpter q̃.a.ſit
vnus talium potiuſq̃ alius ſiue vage ſiue deter
minate dicatur aliquis elephas obici cogitatio
ni. Ad hanc autem replicatõem ipſe reſpon-
dit.ꝺ.q̃.a.ſub ratione indiuidui vagi cogitatũ
⁊ acceptum non eſt iſte vel ille quia iſte vel ille
dicit indiuiduũ determinatũ ⁊ ſignatum ⁊ cõ ſi
ſegt ur.a.ſic cogitatũ nõ eſt iſte nec ille elepha

igitur non est aliquis singularis elephas. Cõtra p̃mo sic ois elephas singularis existẽs extra animaz est iste elephas vel ille vel ille. sic quẽlibet elephantẽ singularẽ existentem extra aiaz demõstrando sed .a. sub ratione indiuidui vagi cogitatum non est iste vel ille singulis demonstratis. igitur .a. sic cogitatuz non est aliqs singularis existens extra animaz. Mino: huius rationis est nũc data per eum. ⁊ maio: patet quia ipsa est vna vlis affirmatiua cuius quelibet singularis est vera. quocũqz enim elephante singulari extra animaz existente demõstrato. verum est dicere iste elephas singularis existens extra animã est iste elephas eodez demõstrato i subiecto ⁊ in predicato alias ipse non esset ipe. Et sequitur iste elephas est iste elephas. igitur iste elephas est iste elephas vel ille vel ille sic quẽlibet demõstrando. Cõclusio autez huius ratõnis cõtradicit ei q̃ ipse dedit in p̃ima respõsione. dicit enim q̃ .a. q̃ est obiectuz cogitationis in casu dato. de quo etiam dicit q̃ non est cogitatum nisi sub ratione indiuidui vagi vtiqz est aliquis vnus elephas singularis extra animam existens. Preterea ex ista cõclusione que ex maiore vera ⁊ minore data concluſa est. sequit̃ proposituz principaliter intentuz. ſ. q̃ tale obiectum imediatum cogitationis non est res aliqua existens extra animaz. si enim esset aliq̃ vtiqz ipsum esset aliquis elephas. non enim esset ceruus vel equus aut aliquid aliud ab elephante. Secũdo cõtra eandez respõsionẽ 2° datam suppono vnuz certũ. ſ. q̃ non ex eo q̃ iste qui nũquã vidit elephantẽ cogitat nunc de elephante incipit esse in rerũ natura aliquis verus elephas. ⁊ similiter si ipse desinat cogitare non proinde aliquis elephas verus desinet esse i rerum natura. Cum igitur scõm respõsionez .a. sit aliquis vnus verus elephas singularis extra animaz. igitur antequaz iste cogitaret de elephante .a. erat in reruz natura ⁊ postq̃ desinet cogitare ad hoc. a. erit in rerum natura. igitur ex oibus veris elephantib⁹ singularib⁹ existentibus in reruz natura vnus determinatus ⁊ certus est in oibus imediatũ obiectum cogitationis ipsius qui nunquã aliquẽ vidit vt puta elephas .a. Sed ꝟ irrationaliter datur q̃ vt pluries dixi nõ est potior ratio p̃o .a. q̃ p̃o .b. vl̃ .c. aut alio loco singulari elephante. ⁊ iterum sequitur q̃ .a. cogitatũ vage ab isto est iste vl̃ ille ⁊c. q̃ .a. sic cogitatuz est ille idem elephas qui ipe erat anteq̃ cogitaret. Tertio q̃ posui supra cõtra p̃mã respõsionẽ q̃ .a. staret determinate p̃o isto obiecto cogitatõnis. igitur si illud est aliqua res singularis extra est nomẽ ꝓpriũ illi⁹ rei sicut Greg. vel Albertus. igitur .a. nõ e indiuiduũ vagũ sicut nec Greg. nec Albert⁹ qualitercũqz cogitetur vel apprehendat. Relinquit̃ ergo certum q̃ .a. nõ est aliquis elephas singularis ex̃ animã exñs. ⁊ ꝟ ꝺ rñsionẽ p̃mi. Cõtra rñsiõez secũdi arguo sic. a. nõ ẽ aliqz elephas singularis. igitur sic cogitãti nõ imediate obicitur quilibet elephas singularis. cõsequẽtia p̃z. añs probat̃. tum q̃. a. id vel ea precise est. q̃ vl̃ que esset si isto cogitante de elephante nullus elephas esset in rerũ natura sicut p̃z ex suppositiõe p̃ma scõe ꝓbationis antecedẽtis p̃incipal̃ rõnis p̃me cõclusiõis p̃incipalis huius articuli. Sz constat q̃ .a. nõ esset quilibet elephas ymo nec eẽt aliquis elephas nec aliqui elephantes ex̃ aiam si nullus elephas esset alias aliqs elephas esset nullo elephante exñte q̃ includit cõtradictoria igitur nec .a. nõ est quilibet elephas. ⁊ per idem potest etiã argui ꝓtra respõsionẽ p̃cedẽtem alterius. Secũdo possibile est q̃ taliter cogitãti obiciatur vt supra dixi vnũ tale ⁊ deinde duo talia ⁊ tria ⁊ quattuor p̃o libito. sed nõ eẽt possibilis talis multiplicatio obiectoz huiusmodi. Si quodlibet esset oẽs elephantes extra aiam sicut nõ est possibile eẽ plures mlitudines quaruz quelibet sit oẽs elephantes nec potest dici q̃ vnum illoruz obiectoruz sit omnes elephantes ⁊ nõ pari rõne quodlibet eoruñ. Ad hãc ipse respõdit negando simplr assumptũ nisi itelligat̃ q̃ cogitãs p̃t hr̃e duas cogitatões ⁊ tres quaz quelibet referat obiectuz. Cõtra primo nisi iste velit negare experientiã nõ negabit qn aliquãdo sic cogitans experiat̃ tria quedaz apparentia sibi aut igit̃ illa sunt tres cogitationes aut tria obiecta cogitationũ. Si p̃mum igitur ⁊ quãdo experit̃ trĩ vnum tale apparens illud ẽ vna q̃dã cogitatio ⁊ p̃ ꝑns cogitãti de elephante obiciatur imediate sua cogitatio ⁊ nõ elephas extra animaz vnus vel omnes cuius opposituz dicit. Itẽ nunq̃ obiectuz seu q̃ obicitur imediate taliter cogitãti erit nõ ens cuius oppositũ etiam respondẽdo frequẽter dixit. ⁊ patet ꝓña q̃. quelibet sua cogitatio est ens si detur scõm p̃ceditur añs nũc negatũ. 2° si dicatur q̃ nũq̃ cogitãti obiciũtur duo talia aut tria ⁊c. sed solũmõ veruz sit dicere q̃ talis hz tres cogitatiões idem obiectũ referentes cur pari facilitate dici nõ poterit q̃ cũ ego coꝛporalib⁹ oculis respicio non obiciũtur mihi tres homines sed tres habeo visiones idem obiectum referentes. puto q̃ ñ possit sufficiẽter ratio assignari. Secũdo p̃incipaliter istam cõclusionez p̃obo sic. Illud q̃ est imediatuz obiectum cogitatõis illius qui cogitat montem aureum aut flumen lactis aut aliud tale quale nihil est aut nunquã fuit in rerum natura extra animam non est aliqua vera entitas talis extra animam ,vna vel pluries vt certum est. igitur nec illud q̃ est imediatum obiectum cogitationis illius qui cogitat aliquem rem qualem nunquam sensit exterius. patet consequentia p̃o eo q̃ similem omnino habẽt ille ⁊ ille de omnibus que sibi imediate obiciũtur experientiam ⁊ ideo nisi quis velit precise volũtariã ꝓferre sniam hz ꝺ vtroqz filr iudicare. Ad istã rationẽ respõdet iste bachal̃. negãdo ꝓnam. Ad probatiõez ꝓcedit q̃ sil̃ez .a. ꝓpoz

Jo. scoz

Jo. sco.

tionabilem experientiam·si experientia debeat dici noticia abstractiua habent iste ꝛ ille· Sed ꝺ inquit ipse non est aliud dicere nisi ꝙ iste et ille habent similes noticias. Et ꝺ autem nō sequitur ergo obiecta equaliter existunt vel non existunt. Quia deceptus ꝛ nō decept⁹ aliqñ hñt talia iudicia ꝛ aliquādo similes intuitiuas·ꝛ tamē eoꝝ obiecta non equaliter existunt vel nō existunt·Hec respōsio nō est rationabil' qꝛ ō quorum existentia non possumus iudicare certitudinaliter nisi per experientiaꝝ vbi hincinde similes omnino habeātur experiētie nec maior nec plures habeanť ex vna parte q̄ ex alia·si nō similiter iudicatur de illoꝝ existentia irrationabile est iudicium ꝛ p̄cise voluntariuꝝ. vnde si queratur a dissimiliter iudicante cur iudicet·a· existere ꝛ.b. non existere. puto ꝙ non poterit rationabiliter respondere si omnino similem habeat experientiaꝝ de vtroqꝝ·Sic autez est in p̄posito vt dicebam ꝛ notum est. Ad illud vero qō dicitur de decepto ꝛ non decepto qui habent aliquādo similes intuitiuas ꝛ similia iudicia. dico ꝙ quicūqꝝ habent similes intuitiuas ita ꝙ qualēcunqꝝ habet vnus habꝫ ꝛ alter ꝛ econuerso si rationabil' iudicabunt similia habebunt iudicia de existētia obiectoꝝ intuitiue cognitoꝝ. Et vlterius dico ꝙ neuter erit deceptus quoniā quilibet iudicabit obiectum intuitiue ab ipso cognituꝫ existere·ꝛ vtriusqꝝ iudicium verum erit qꝛ non est naturaliter possibile ꝙ nō existens cognoscatur a nobis intuitiue vt contra hunc socium in tractando quēdam alium articulum sufficienter p̄bauī vt puto ꝛ recitabo in sequēti cōne. Secūda conclusio cōtra respōsionez datam est ꝙ illud ꝙ est obiectuꝫ imediatum cogitationis illius qui alias aliquid tale sensit nō est vera res existens extra animam·hāc p̄bo primo ex p̄cedente sic obiectum imediatuꝫ cogitationis illius qui nunq̄ tale quid sensit exterius non est res vera extra animaꝫ existens. igitur nec obiectum imediatū cogitationis illius qui alias aliquid tale sensit. ꝫsequētia p̄batur ex eo ꝙ vt supꝛa dixi conuenit aliquādo illud ꝙ imediate vni obicit̄ esse totaliter simile quātum ad apparentiam ei ꝙ obicitur alteri ꝛ qualēcunqꝝ experientiaꝝ vnus potest habere de existētia sui obiecti potest habere ꝛ alius de existētia sui nec alter potest habere aliquā experientiā p q̄ cognoscat id ꝙ imediate sibi obicitur existere extra animam·plusq̄ reliquus possit ꝛ ideo rōnabiliter fil' iudicādū est vtrunqꝝ vel neutrum esse rem veram extra alioquin sicut vnus dicet suum obiectum eē rez veram extra ita alius dicet de suo. nec vnū plus q̄ aliud poterit p̄bari. Cum igitur dicendum nō sit ꝙ aliquādo obiectum illius qui sensit sit res extra ꝛ aliquādo non restat dicenduꝫ ꝙ nūquā tale obiectum sit res extra· Confirmat̄ istō per Aug·8·de tri.c.5. vbi sicut illud ꝙ sibi obiciebatur dum cogitabat alexandriā q̄ nūquaꝫ viderat dicit eam phantasma illius sic ꝛ illud ꝙ sibi obiciebatur quando cogitabat cartaginem q̄ viderat dicit esse cartaginis phantasmam· phantasma nō autez dicit illud esse phātasma istud vero rem ipsam extra. ſ. cartaginez veraz.

Secūdo sic ei qui vidit solem aliquādo obiciuntur simul plura quoꝝ quodlibet est verus sol vel aliquid simile vero soli. ꝛ constat ꝙ non quodlibet est verus sol cum sit tm̄ vnus sol. igitur nullum illoꝝ est verus sol extra. patet cō sequentia, quia eadem ratio est de omnibus ꝛ vltra. igitur quando vnum solum tale obicitur illud non est verus sol extra. ꝛ idem iudicium est de qualibet re sensibili extra q̄ in absentia cogitamus. Ad hanc rationez respondet idem socius negando antecedens nisi ipsuꝫ forsitan intelligatur vt ad aliam rationem dicit ſ. ꝙ ille qui aliquādo vidit solem habet aliquādo plures cogitationes quibus sibi apparet idē sol visus intuitiue in diuersis sitibus. Contra hec responsio negat experientiaꝝ quia siue illa taliter apparentia cogitāti existant vel non existant siue etiam sint cogitationes siue alie res quin tam̄ aliquando plura simul sibi appareāt nullus negare potest qui velit non negare experientiam. ¶Preterea vt supꝛa dicebam similiter poterit alius dicere ꝙ ipse non videt quando est in cathedra sua plures homines ſz vnuꝫ in pluribus sitibus ꝙ absurdum esset. Tertio idipsum p̄batur per expressam determinationez Aug. inde vera re. c. 60. vbi ait sic si vna roma est q̄ circa tyberim nescio quis romulus dicitur condidisse falsa est ista q̄ cogitans fingo· non enim est ipsa vbi vero falsa est ista· Et iterum non enim est ipsa. Sed ad hanc respondebat idem socius. ꝺ. ꝙ Augu·intendit ibi distinguere inter noticiam intuitiuam ꝛ abstractiuaꝫ de quibus alias loquebatur cōmuniter ꝛ indistincte ꝛ est sensus auctoꝝitatis. alia est noticia qua intuitiue cerno romam ꝛ alia qua absens cogito. Et quia mediante prima scitur ꝙ roma est ideo vocat eam veram quia vero mediā te secunda id non potest sciri vocat eam falsam. Sed hec responsio p̄o certo non est conueniens·tum quia Aug·non intendit ibi distinguere inter noticiā intuitiuam ꝛ abstractiuam vt dicit iste·sed intendit ostendere distinguendum esse inter rem extra ꝛ suum phantasma in eius absentia fingimus. vnde post verba allegata subiungit. Si vnus est sol falsus est quē cogitans fingo·ꝛ his omnibus p̄batis concludit intentum sub inter regationis forma. ꝺ·nūquid non ista sunt que phantasmata dici solēt. vnde ergo impleta est anima mea illusionib⁹. ꝛc. ¶Preterea Aug. dicit si vna est roma q̄ romulus ꝛc·falsa est ista q̄ cogitans fingo. Secūduꝫ hanc responsionez in antecedente per romam oportet intelligi noticiam intuitiuam Rome ꝛ per consequens quod li quam immediate sequens supponat quod tali noticia.

ꝛ sic erit sensus q̄ noticiam intuitiuam ratione condidit romulus circa tyberim quo quid stultius dicere. ¶Preterea illa consequēcia q̄o teneret si illa est vna falsa est ista si de noticijs intelligeretur. certe nullo modo q: nō segtur si noticia intuitiua ratione est vna. igit̄ noticia ei⁹ abstractiua est falsa. Sed si p romā in antecedēte intelligat̄ res extra ꝛ in ꝯsequēte intelligatur imediatū obiectuz cogitātis in absentia bñ segtur q: si illa est vna tantū cum ista. q̄ cogitans fingit nō sit illa vt ipse assumit in probatione ꝯsequēte. segtur q̄ sit phātasma vel ymago ei⁹ ꝛ per ꝯsequēs sit falsa roma. sicut homo pictus seu ymago hominis dicit̄ homo falsus.

¶Preterea statim cuz Aug. dicit. nō enim est ipsa .pbat. d. nā quid ibi agatur modo vtiq̄z scire. constat aūt q̄ li ibi in ꝯsequēte stat p̄o roma nō p̄o noticia rome. nam cuz dicitur quid ibi agatur nō aliud significat̄ q̄ si diceretur qd in ipsa agatur. ꝛ constat q̄ ꝟ nō potest intelligi de noticia rome sed tantū de ipsa roma. Ad idē est alia auctoritas eiusdez ℣ epl'am fundamēti c.j. vbi ait per potentiā qua veritas intelligitur vī aliā veraz esse cartaginez aliam q̄ cogitans fingit. Itez. iz. super gen̄ c. 49. de puis loquens dirrecte de cogitatiōe absentiuz sensibilium q̄ ipse vocat visionez spūalem ait sic. In visione spirituali. i. in corporuz similitudinib⁹ q̄ spiritu videtur fallit̄ anima cuz ea que sic videt ipsa corpora esse arbitratur ꝛc. non fallētur aūt sic arbitrando si illa que sit videt ꝛ sibi abstinuntur essent ipsa corpora vera que sunt extra animaz. Itez idem in epl'a ad paulinum de uidendo deuz. Incorporeas inquit similitudines corporuz anima incorporaliter cōmendat memorie vnde cum voluerit ꝛ potuerit velut de custodia productas atq̄z in conspectu cogitatōnis exhibitas iudicet ꝛ cum nolet etiam duo discernit quid in specie corporali forte reliquerit. qd eius simile intus aspiciat. Et illud absens ꝟ presens esse dignoscitur. sicut me absente faciem mei cogitas corporis ꝛ illa tibi est ymago presens absens autem facies ymago est. ꝛ ꝟ corpus illa non corporis incorporea similitudo est Ecce q̄clare discernit ymaginem rei absentis obiectam cogitationi a re extra que in illa seu mediāte illa cogitatur. Sed adhuc audi quid in eadez epistola subicit. Intuere inquit celum ꝛ terram cogitando sicut oculis corporis cernēdo ꝯsueuisti easq̄z ymagines celi ꝛ terre que ante oculos cogitationis producte sunt videlicz similitudines corporuz esse non corpora. nescio qualiter expressius loqui posset propositum isdē pluribus alijs auctoritatibus inducendis ad p̄banduz directe ꝯclusionez principalez idipsuz clare probabitur. Et his autez duabus cōclusionibus probatis cōtra responsionē datam. sequitur principalis conclusio. s. q̄ in anima sunt species rerum sensibiliuz. sic illud q̄ quis experitur imediate sibi obici dum cogitat de absente

sensibili vel est ipsa res vera sensibilis extra animā vel est aliquid existens in anima sibi simile. patet nam oportet ipsuz esse aliquā rem vel in anima vel extra animaz existentez vt supra probatum est. Sed ipsum non est res ipsa uera extra. vt patet ex dictis duabus ꝯclusionibus et earuz probationibus. igitur est aliquid existens in anima simile illi. ꝟ autez ego voco ꝛ vocant auctores speciem. q̄uis etiam pluribus alijs vocabulis noientur ab eis videlicet ymago phantasma phantasia similitudo forma ꝛ alijs preter ista sicut patet eorum dicta percurrentibus.

Secundo eandem cōclusionem probo sic. si nulle tales species ponantur in anima. oportet ꝯcedere q̄ illa que apparent sommiātibus ꝛ ēt hominibus freneticis vigilantibus sint vere res extra animaz existentes. ꝛ per consequens illud sit verum vinum q̄ eis apparet dum sommiant se vinum bibere ꝛ ille verus ignis qui apparet dum sommiant se adureri sicz ipsi vere gustēt vinum ꝛ vere tangant ignem sicut apparet eis verus etiam sit homo qui alteri in somnis apparet secum disputare ꝛ vera verba que ille loqui videtur. ꝛ per consequens ille etiam uere et realiter loquitur qui in somnis loqui videtur ꝛ ita cōuenit q̄ rusticus aut dormiens uere cum alio de subtilissimis q̄onibus nesciens disputabit sed ꝟ nullus nisi stultissimus diceret vnde beatus Aug. in lib. de cura p̄o mor. agē da referens quēdaz sibi dixisse q̄ ei sommiāti Aug. quēdam locum atritionis obscurum expo sui. aut ymo non ego sed ymago mea me nesciente. ꝛ ante ista verba ꝛ post dicit q̄ neque dormientib⁹ neqz freneticis aut furentibus. apparent res ipse sed similitudines rerum. Ista cōclusio preter auctoritates sibi allegatas i hac questione ꝛ preter eas etiam que posite sunt in primo lib. q. superius memorata pluribus alijs posset confirmari. quaruz tamen paucas alijs recitabo. beatus si quidem Aug. iz. super gen̄. c. 10. de pu. s. distinguit tria genera visionum. scilicet corporale spirituale ꝛ intellectuale. ꝛ de quolibet dans exempla. de spirituali ait ipsum quippe celum ꝛ terram ꝛ ea que in eis videre possum⁹ ēt i tenebris constituti cogitamus vbi nihil videntes oculis corporis. animo tamē corporales ymagines intuemur seu veras sicut ipa corpora vidimus ꝛ memoria retinemus seu fictas sicut cogitatio formare potuerit. nec potest dici q̄ p ymaginē intelligat cognitionez illam spiritualem abstractiuam nec etiam habitum aliquem vt alij moderni voluerunt dicere proprie loquendo de habitu. quia nec cognitionez nec habitum intuemur talibus cogitationibus. Sed obiecta cogitationuz. Item habitus nec similitudo nec ymago rei dicitur. Item. c. 16. cū aliquid oculis cernitur continuo fit ymago ei⁹ in spiritu sed non dignoscitur facta nisi cum ablatis oculis ab eo q̄ per oculos videbam⁹ ymaginē eius in alio inuenerimus ꝛ paulopost vidit

inquit rex balthasar articulos manus scribentis in pariete continuoq; per corporis sensum ymago rei corporaliter facte spiritui eius impressa est atque ipso viso facto atque preterito illi in' cogitatione permansit viuebatur in spiritu ⁊ non intelligebatur ⁊c. Item paulo post in eodem capo signuz corporaliter factuz corporaliter viderat ⁊ transactio eius ymaginem in' spiritu cogitando cernebatur. vbi notãda sunt etiã aliqua. s. q; ymago de qua loquitur cernitur in spiritu. Item q; ymago rei que oculis cernitur fit in spiritu ⁊ illa transacta manet impressa spiritui. per quod excluditur glosa quedam cuiusdam alterius dicentis q; auctoritates per ymagines intelligunt ipsas resmet extra. nam ymago ⁊ phãtasma ⁊ fila vocabula significãt ipsas res extra cõnotando actum phãtasiandi vt dicit. Excluditur inq̃ hoc. q; nec res extra fit vel imprimitur spiritui nec ipsa manet seipsa transacta ⁊ postq̃ preterijt ⁊c. Clarius quoq; excluditur ista glosa. ⁊ proposituz etiam confirmatur per eũdez. infra. ii. ait. c. 45. hec natura spiritualis in qua nõ corpora sed corporuz similitudines exprimũtur ⁊c. ⁊ sequenti. c. Momento inquit eo q; corpus sensu corporis tangit fit etiam in animo tale quid non q; ♭ sit sed q; simile sit. Ecce q; non corpora sed similitudines corporuz exprimũtur in spiritu ⁊ itez illud exp̃ sum nõ est ♭. s. corpus sed aliquid simile. Item io. confes. c. io. dicit q; in memoria sunt thesauri innumerabiliuz ymaginuz de huiusce modi rebꝰ sensibilibꝰ inuentaruz. ⁊ infra in eodẽ nec ipsa tamẽ intrant ad eaz sed rerũ sensaruz ymagines illic presto cogitationi reminiscenti eas. ⁊ iterum nec ea tantũ. s. corpora videndo obsorbui quãdo vidi oculis nec ipsa sunt apud me sz ymagines eoruz. Item. c. sequenti. Iste quippe res nõ intromittunt ad eaz sed earum sole ymagines mira celeritate capiũtur ⁊ miris tanq̃ cellis deponũtur ⁊ mirabit recordando proferuntur. Hec pro ista prima ꝯclusione sufficiant. hanc tamẽ quidam doctor in diuersis locis visus est impugnare. ⁊ quãtuz ad propositũ predictoruz facit due rationes ex dictis suis colligun tur cõtra istaz ꝯclusionem. prima est si ponẽ debeant species ♭ est vel ꝓpter assimilatiõem vel ꝓpter causationez cognitionis vel ꝓpter representatiõem obiecti vel ꝓpter determinatiõez potentie vel ꝓpter vnitiõem mouentis ⁊ moti. Sz ꝓpter nullus istoruz est necessaria species. igitur nõ est ponenda dimissis phatõmbus huius minoris quãtũ ad alias partes de quibus non curo pro nũc. probat q; nõ ꝓpter causatõez cognitionis. naz hoc esset vt dicit ꝑm ponẽtes species q; materiale ⁊ corporale non possunt ime diate agere in spũale. Sed ♭ est falsuz q; alias nõ posset causare speciez in intellectu. Item q; nec etiaz ꝓpter repñtatiõem obiecti q; noticia intuitiua nõ requirit aliquod representans aliõ ab obiecto ⁊ actu. igitur nec abstractiua que ime diate segtur. patet ꝯsequẽtia q; sicut obiectum sufficienter repñtat se in intuitiua ita in illa que ime diate segtur eam. Item repñtatuz oportet prius esse cognitũ. alioquin repñtans non duceret in noticiaz repñtati. Sed scõz ponentes species. species est ꝑ quia omni actui intelligẽdi obiectum. ergo nõ põt poni ꝓpter repñtatõez obiecti. Item si ponitur ꝓpter repñtatõem ♭ nõ est nisi quia distans non potest agere idistans. Sed hoc est falsum alias obiectum distans nõ posset causare speciez in intellectu nisi ponẽdo aliud prius speciei per q; ipsum esset presens intellectui vt posset causare speciem. ⁊ similiter ante illud oporteret ponere aliam speciem priuiam ⁊ sic in infinituz. Secũdo si ponatur talis species vel ipsa est eiusdez rationis cum obiecto exteriori vel alterius. si eiusdez sequitur q; in anima relinquitur verus color. verus calor. verus sapor. verus sonus. ♭ autez est absurdum. q; cum omne actiuũ eiusdez rationis possit in passiuo eiusdez rationis effectuz augu mẽtabilez ꝑus in illo causatuz ab agente eiusdem rationis augere ad calidum extrinsecuz posset illum calorem augere in aia. ⁊ sic illa potentia possz fieri calida m'tũ. ⁊ frigida ⁊ nigra ⁊ alba et sola aspectione q; est absurduz. nec potest dici q; sit alterius rationis ab obiecto q; omnis potentia potens discernere inter minus dissimilia potest discernere inter magis dissimilia. Sz hec potentia potest discernere inter induidua eiusdez speciei. igitur magis potest discernere iter illam speciem ⁊ obiectum extra cuius dicit species ⁊ ymago q; est falsum ⁊ contra experientiaz. Ad primuz horum dicendũ primo q; esto q; nescirez ad quid nobis sint species oportune adhuc propter experientias quas habemꝰ de ipsis ponende essent. multa enz videmus in nobis ⁊ extra nos de quibus cur sint ⁊ propter quid facta sint nescimus reddere rationez. nec tamen illa negamus. Secundo dico q; species requiritur tam propter repñtationez obiecti non secũduz se presentis q̃ propter causationez noticie illius quãdo non presens exhibit. vnde sicut Aug. io. de tri. c°. 5. Quia non potest anima secum introrsus tanquã in regionez i corporee nature ipsa corpora inferre ymagines eorum cõuoluit ac rapit. Et lib. ii. c°. 9. vt possit inquit esse visio cogitantis ideo fit in memoria de visione sentientis simile aliquod quo se ita conuertat in cogitando acies animi sicut se incernendo conuertit ad corpus acies oculorum. Item super gen. lib. i. z. c°. z9. de paruis dicit q; cum prius videmus aliquod corpus q; antea non videramus incipit ymago eius esse in spiritu nostro q; cum illud absens, fuerit recordemur. Item phs. 3. de anima intellectiue inquit anime phãtasmata vt sensibilia sunt. ⁊ Comẽ. ibi comento. 39. dicit q; ymagines sensibiliũ sũt intellectui loco sensibiliũ. Multa alia testimonia ꝑñt adduci ⁊ iducta sũt i ꝑ° li. d. 3. qb' appz

ipſas ſpecies propterea naturaliter fieri i nobis vt res abſentes vel non preſentes in illis ſeu per illa noſſe poſſimus. vnde ita terminatur ad illas noſtra cogitatio in abſentia rerum quas repreſentat ſicut ad ipſa res cum preſentes exiſtunt vt ibi extitit declaratū. ¶Hūc ad pbatōnes factas ꝫ hoc cū pbāt q ñ pp cātōez cognitionis dico q illa nō eſt cā quā aſſignat ſz cā ē q; noticia rei in abſentia eius vel quādo ipſa nō eſt nō pōt i nobis naturaliter cāri niſi a ſpecie ſeu a repñtatiuo aliquo q ducat in cognitōez illius vnde tali repñtatiuo deleto penitus nulla recordatio naturaliter fieri poteſt in nobis ſicut docet experientia niſi prius aliud repñtatiuū formatur i anima. Ad alia qbus probāt q nō ppter repñtatōem. ad primuz nego ꝟñaz & dico q pbatio nullā hz apparentiā. nō. n. eſt cōueniens q obiectuz in abſentia vel qñ oio ñ eſt ſe pñtet potentie ſicut dum actu eſt & debite oppoſitum ſe pñtat ſeu ꝓprius loquēdo ſic ē pñs vt cognoſci poſſit. Ad ſcōz ꝟcedo q pſentatū pus eſt cognituz. ſ. per noticiā intuitiuā ſed illā nō precedit ſpēs ſed comitat & remanet poſt illā vt ꝟ° li. diffuſius declaratum eſt & loquor ꝟ ō pñtato ſeu q diſtincte cognoſcit. Ad tertiū dico q ſiue aſſumptū ſit ver ſiue nō ipſuz, tñ ñ cāt in ꝓpoſito ſed illud q tactū eſt videlicet q; res non ſemp pōt imediate per ſeipſaz obici aie ſiue q; oio deſijt ſiue q; abſens ēſubuenit natura ſeu potius ꝟditor nāe vt aliqd ſile rei nobis pſens ineſſet per q rē nō pñtem vel nō iam exñtē noſſe poſſemus. Ad ſcōaz rōnē dico q illa ſpecies nō eſt eiuſdē ſed alterius rōnis ab obiecto cui & cum aſſumit q potētia diſcernēs iter idiuidua minus diſſimilia &c. dico q ſilitudo dupliciter poteſt capi. vno modo ꝓ ꝙuenientia eēntiali ſm genus vel ſpēm ſicut duo homines & ſcōo indiuidua eiuſdem ſpēi dicunt eē ſimilia. alio mō ꝓ ꝙuenientia quedā accidentali qua ymago ei cuius eſt ymago ſimilis dicit & per oppoſitū pōt ſumi dupliciter diſſimilitudo. Si ꝓpoſitio intelligat de diſſimilibus diſſimilitudine oppoſita ſimilitudini. primo mō accepte ipſa nō eſt vniuerſaliter vera. & patet inſtantia. naz ꝟſtat q lupus & ouis minus ſūt diſſimiles iſto mō q̄ lupus & ſtatua lupi. & tñ agnꝰ bene diſtiguet inter lupū & ouē ymo etiaz inter matrē ſuā & aliam ouē que adhuc plus conueniūt eſſentialiter. nō aūt inter lupū & ſtatua lupi. nam ſi vnā ſtatuā bene pfectā videret ita eam fugeret ſicut veruz lupū alie inſtantie multe dari poſſent. & q; in iſto ſenſu vt videt procedit argumētū iō nō ꝟcludit. Si vero itelligat ſecūdo modo tūc minor eſt falſa. Scōa ꝟ° principalis huiꝰ articuli videlz q in aia ſunt ſpēs aliquaruz rez inſenſibiliū & mere intelligibiliū q̄uis probata ſit li. ꝓ°. d. 3. q. 2. & auctoritatibꝰ & rōnibꝰ. nūc tñ pōt adhuc breuiter pbari ſic. Quarūdaz rez inſenſibiliū recordamur. igitur illarū ſpecies habemus i nobis. añs pz per experientiā nā cogitationū noſtraz & affectionū tā bonaz q̄ malarum aliqñ recordamur & ille vtiqz inſenſibiles ſunt. ꝟña ꝓbatur er eo q recordatio ſicut i ꝓ°. d. 3. q. ꝓma probatū eſt. & per Aug. & per pbm ſine ſpecie i memoria reſeruata nō ſit in nobis. nec obuiat ſi dicat q pbs logtur de recordatione rez ſenſibiliū q; er illo poſſumus & debem⁹ arguere ita etiaz in alijs eſſe. Si enim abſqz ſpecie recordari poſſemus de rebus inſenſibilibus cur etiā nō poſſemus de ſenſibilib⁹. Cōfirmatur tā rō q̄ ꝙcluſio er intētōe Aug. io. ꝓſe. c. 15. Ecce inquit de memoria ꝓfero cuz dico quattuor eſſe pturbatōes cupiditatē accidētiā metū triſticiā & infra ꝓbat q talia nō ſunt ſm ſe pſentia memoranti ſed ſm ſpēs ſuas dicens. Quis enim talia volens loqueret ſi quotiens triſticiā metumue nominamus totiens merere vel time re cogitemus. & tñ nō ea loqueremur niſi i memoria noſtra non tantum ſonos nominum ſed ymagines impreſſas a ſenſibus corporis ſed et reruz ipſas notiones inueniremus quas nulla ianua carnis accepimus ſed eas ipſe animus ꝓ experientiaz paſſionuz ſuarum ſentiens memorie cōmendauit. aut ipſa ſibi hec etiam non cōmendata retinuit. Sed vtruz per ymagines an non quis dixerit. Nomino quippe lapidē noio ſolem. cuz res ipſe non aſſunt ſenſibus meis in memoria ſane mea preſto ſunt ymagines earū noio colorē corpis nec mihi adeſt dū nihil dolet. niſi tñ adeſſet ymago ei⁹ i mēoria mea neſcirē qd dicerem. nec eū in diſputando a volūtate diſcernerem. hic pz determinatio qōnis q̄ ꝓmiſit. ſ. ſz vtrum per ymagies &c. & pīa antecedenter & ꝟñtez ibidē ſcribit ꝓpoſitum confirmantia. Idem ponit ēt ipſe de actu credendi. 14. de tri. capīs. 3. & 4. ſicut allatuz habeē i. q. memorata. Contra tñ illud q dcm ē vz q actꝰ aie relinquunt ſuas ſpēs i aia. arguit vnus er ꝓbatis ſocijs dupliciter. ¶Primo quidem q; tunc ſequeretur q ſi milleſies in die hērem actum alicuius mille ſpecies cauſarenē i aia. qō vī abſurdum. Tertio q; tūc ēt habitus cāret ſuas ſpecies & ſpēs & cāret alias ſpēs. & ſic eſſent infinite. Ad primum dico primo q vī iſte arguens nihil omnino ponit relinq er actu i anima quo derelicto mediate anima valeat recordari. & tūc non poteſt ſaluare quō anima talium recordari poſſit aut etiam obliuiſci. quoruz tamen vtrū q̄ contingit vel ponit aliquid derelinqui. & tūc quicquid illud ſit ſiue ſpecies ſiue habitus aut aliquid aliud. eadez omnia argumenta faciam contra illud que iſte facit contra ſpecies & patet applicatio. Secūdo reſpondeo ad argumentum negando conſequentiā nam ſi conſequens intelligatur de ſpeciebus rei cuius obiectiue eēnt actus illi patet q non valet q; habetur ſpecies alicuius rei ſingularis in memoria nō generatur noua ſpecies eiuſdem rei totaliter diſtincta a prima exiterata apprehenſione ipſius ſed ꝟo firmatur. ¶Rurſus ſi conſequēs intelligatur ō ſpeciebus ipſoꝝ actuū etiā nō vz conſequētia. q; nec

actus nec aliqua res naturaliʒ causat ī aīa spēm sui nisi dum actu intuitiue apprehendit̄. nūc aūt nō quilibet actus intuitiue apprehendūt̄ ab aīa dico tm̄ vlterius q̄ si mille actus haberet ī die ⁊ quēlibet ita aduerterez vt cuiuslibet possez postea recordari distincte vtq̄ mille spēs in aīa cā rent̄. Ad scām nego etiā ꝓnaz sicut quātū ad ipsas spēs negat virtualiʒ Aug. io. ꝓfe. c. 16. dando aīs ⁊ expresse mēgādo ꝓnīs. ⁊ idē sentio dicē dū de habitibus. nec ipse arguens suaz ꝓbauit ꝓnaz. Tertia ꝓclusio ē q̄ aliquas res homo aliq̄n cognoscit per spēs pz ex dictis sic hō cogitando ⁊ recordādo cognoscit res absentes seu n̄ pntes q̄s aliq̄n oculʾ corpalibʾ, vidit vel p̄ aliosʾ corporis sensus p̄cepit. ⁊ talis cogitatio vel recordatio imediate termināt̄ obiectiue ad spēs illaruz rez ꝑus sensataz. igit̄ aliq̄n homo cognoscit res aliquas per spēs. ꝓna est euidens q̄m ꝟ dico cognosci per spēm q̄ cognoscit̄ cognitōne terminata imediate ad spēm eius inquātū spēs eius ⁊ ymago iuʒ q̄ declaratū est in p°. d. 3. q. p̄ma. aīs quo ad p̄mā ptē nulli ē dubiū. Quātū ad scāz pz per expientiaz q̄n̄ cuiuslibet cogitantis vel recordantis aspectʾ imediate terminat̄ ad aliquid q̄ ē illa res ex̄ quā cogitat vlʾ aliquid sibi silē q̄ spēs eius dr̄ ⁊ ꝟ erpitur ʾqlibet ⁊ ꝑbatū est in p̄ma ꝓclusiōe q̄ illud nō est ipsa res ex̄ quare relinqtur q̄ sit spēs eiʾ. Hoc idez ꝑbant expisse multe auctoritates supius allegate Aug. videlz illa. ij. de tri. c. 8. ita fit ⁊c. ⁊ illa. ij. ꝓfe. c. 18. puericia q̄ppe mea ⁊c. ⁊ illa de vera reli. 60. si vna est roma ⁊c. Et illa ex epla ad paulinā. Intuere celū ⁊ cetera. Rursus illa ex. 12. super geñ. c. 10. Ipsum quippe celū ⁊ terram ⁊c. ⁊ alia ex. c. 16. signuz corpaliter factum ⁊c. Illa quoq̄. 11. de tri. c. 9. vt possit eē visio cogitātis ⁊c. Adduco aūt insup vnā aliā eiusdē ex io. ꝓfe. c. 17. ibi. n. ait sic cū ipmūt̄ rei cuiuscūq̄ ymago i memoria ꝑus necesse vt assit res ipsa vnde illa ymago possit ipimi. sic. n. cartaginis memini sic omniū locoz q̄bus iterfui. sic facies hominū quas vidi ⁊ ceteroz sensuū nūciata. sic ipsius corporis salutē siue doloꝛē. Cū p̄sto essent ista cepit ab eis ymagines memoria quas intuerer p̄ntes ⁊ retractarē aio cum illa absentia reminiscerer. Ex hac auctoritate p̄mo colligit̄ q̄ ymago de qua logtur nō est ipsa res ex̄ tum q̄ dicit q̄ est ymago illius rei. tū q̄ dicit q̄ ymago ipmit̄ ex illa ⁊ q̄ mēoria accipit ymaginē ab illa. res. n. ipa nō ē ymago sui nec ipmit seipaz ī aīa nec eā mēoria accipit a seipsa. Scōo hr̄ q̄ memorans absentia intuet̄ aīa ⁊ retractat illoz p̄ntes ymagines quibʾ duobʾ plene probat ꝓpositū. Cōtra tm̄ ꝓclusionē istā ambo p̄fati socij bachal. arguerūt probaf volētes q̄ talis recordatio vel cogitatio absentiū non imediate obiectiue terminat̄ ad spēm rei erntem ī anima arguit aūt vnus sic p̄mo nulla cognitio termiatur imediate ad aliquod obiectū q̄s hīs nō pōt erpiri se cognoscere id sicut q̄ habeat euidēs iudicū quo assentiat huic hoc cognoscit̄ a me. Sz habens cognitōem de rosa nō p̄nte nō pōt expiri se cognoscē spēm rose igit̄ ⁊c. minor patet q̄ nullus cogitans de rosa reputat se hīe euidens iudiciū quo assentiat huic spēs rose absentis cognoscit̄ a me. Scōo amor rei absentis n̄ imediate terminat̄ ad aliqd̄ obiectum q̄ sit in ipso amāte. igit̄ nec cognitio rei absentis terminat̄ imediate ad aliqd̄ obiectū q̄ sit ī ipo cognoscēte. ꝓna pz q̄ nō est maior rō ō noticia q̄s ō amore. Tertio memorās recordatur imediate de re extra ⁊ nō de specie rei igit̄ cognitio rei absentis nō imediate terminat̄ ad spēm illius sed ad ipsam met. ꝓna pz q̄ recordatio est noticia rei absentis. aīs est clar. memorans. n. de calore recordatur de re extra nō de spē q̄ nō fuit p̄cognita. Quarto si cognitio terminat̄ adʾ speciem imediate. vel spēs cognoscit̄ p̄ illam cognitōem abstractiue vel intuitiue. non abstractiue ꝟm te inquit ipse q̄ abstractiua ꝟm te nō ad rē que abstractiue cognoscit̄ terminat̄ imediate sed ad repntatiuū ipsius nec intuitiue q̄ tūc seq̄retur q̄ virtute illius cogitatōis cogitans posset eē certus ⁊ saltē opinaret̄ se esse eque certuz q̄ illa spēs in anima existat in rez natura ⁊ q̄ existit in anima ⁊ ī potētia itellectiua vel, sensitiua sicut sentiēs colorē in piete pōt esse certus q̄ color existit ⁊ic̄ existit in tali subiecto. ꝟ aūt est falsum vt pz p̄ expientiā. pz etiā q̄ multi negāt tales spēs. Quinto illa spēs vel est eiusdē rōnis cū sensibili ex̄ q̄ est obiectum cognitōis vel alterius nō eiusdē clarum est. nec alterius q̄. vnica simplici cognitōe nō p̄nt cognosci duo obiecta alterius ⁊ alterius rōnis que sit ꝓpria ⁊ distincta vtriusq̄. Sexto illa spēs supponat̄ ipsa ꝟ te eēt silis saltē ꝟm apparentiā sensibili ex̄ alias n̄ duceret in noticiā eius. Sed ꝟ est falsum q̄ nihil tale pōt esse ī aīa cū ipsa sit idiuisibilis. nihil aūt indiuisibile pōt esse silē ꝟm apparentiā q̄s to ⁊ figurato. Confirmat̄ q̄. in audiente cātū ex pluribus sonis ꝓportionatū nō vr̄ posse fma nere in aīa aliquid silē ꝟm apparentiā illi cātui quē audiuit. Septio sensatōne exteriori qua cognoscit̄ res extra sensibileʾ p̄ns nō cognoscit̄ aliquid erns in aīa nec intuitiue nec abstractiue. igitur nec cognitōe interiori ꝓbatur ꝓna q̄ nō est maior rō hinc q̄s inde. Octauo tūc bnta ymagine interiore equa necessitate cognoscerēt aliqd erns in aīa q̄ nō vr̄ dandū. Nono tūc cogitāti de vmbra aliquid erns in aīa obiceretur q̄ nō vr̄ dandū. Ad p̄mū nego minorē nec ꝓbatio valet q̄ nō seq̄t̄ nō assentio euidēter huic. spēs rose absentis cognoscit̄ a me. igit̄ nō assentio huic. ꝟ cognoscit̄ a me demōstrato per subiectū illud q̄ est spēs rose absentis quia possibile est q̄ ego nō cognoscā illud esse spēm rose cognoscēte me tm̄ me cognoscere illud sicut qs nesciens lucem solis eē accns eius videt eam nō hz iudiciū euidens quo assentiat huic accns solis videt̄ a me. ⁊ tm̄ hz vel pōt p̄mo nō

nō habito hr̄e euidens iudiciū q° assentiat huic. ℔ dr̄ a me demōstrato eo qō est accidēs solis.

Ulterius dico q̄ ly nō virtute illius cogitationis qua intuetur spēm concernentibus tamen alijs noticijs simplicibus ⁊ complexis pōt quis habere euidens iudicium huius. Spēs rose absentis videtur a me. sicut ex superi⁹ habitis puto satis fieri manifestum. sicut etiam aliquibus alijs concurrentibus noticijs potest quis euidēs iudicium habere quo hic assentiat. accidens solum videtur a me. Ad secūdum nego ꝯsequētiam. cum. n. amor ⁊ cognitio sint actus diuersarum rōnum non est inconuēiens ipsos differre quantum ad illud de quo arguitur. ⁊ quantum ad alia multa. ymo ita est ꝑm veritatem ꝺ fcō. ⁊ ideo ēt assumptam i probatione ꝯsequentie nec probatam simplr̄ nego. Ad tertiū dico q̄ memoratē recordari imediate de re extra pōt intelligi dupl̄r. vno modo imediate q: ñ mediāte aliquo cuius ipse recordetur. alio modo imediate q: non mediāte aliquo q̄ ipse cognoscat in p̄mo sensu cōcedo añs ⁊ nego ꝯñam nec vꝫ probatio. q:ly recordatō sit noticia rei absentis et ēt noticia rei pñtis. ly illius ē abstractiua ⁊ recordatio. huius autē ē intuitō seu sensus iuxta modum loquendi ꝓbi in de memoria ⁊ reminiscētia illi⁹ ē noticia mediāte hui⁹ quoq; imediate. sicut in p̄mo declr̄atur. d. 3. q. 1. ⁊ etiaꝫ 3. In secundo autem sensu nego antecedēs nec ad hunc sensum procedit ꝓbō sicut patꝫ. Ad quartuꝫ dico q̄ spēs cognoscitur intuitiue ꝑ cognitōem illam. ⁊ tunc ad ꝯsequentiam que additur dico q̄ si debeat inferri totum illud ꝯsequens copulatum. ꝯsequentia non vꝫ. Instantia in simili. nam constat q̄ ymaginem in speculo seu illud q̄ vocatur ymago intuitiue videmus. ⁊ tamen non sumus certi veritate illius intuitiue in q° sit subiectiue ymago nec an sit alia ab ea cuius. dr̄ ymago. idem est de yride ⁊ de coloribus apparētibus in colo columbe. ⁊ i exēplo met arguētis habꝫ ꝯsequentia istantiam. nā certum ē q̄ non quilibꝫ videns colorem corui l̄ margarite certus est vl̄ oppinat̄ virtute illius visionis se eē certum in quo subiecto sit aliquis illoꝝ colorum. cum ēt virtute illius intuitiue nō possit esse certus. qō color ille sit accidens. ymo ad huc indiget alijs noticijs ⁊ argumentationibus mlt̄is. Si vero non iferatur totū ꝯñs copulatū ꝫ quelibꝫ eius pars per se. ꝯcedo ꝯsequens q̄ntum ad p̄mam partē. dico. n. q̄ virtute intuitiue q̄ habꝫ quis de spē exīte in anima ipse pōt eē certus q̄ illa spēs existit in rer̄ nā. q̄ius non sit certus q̄ ipsum sit accidens. sil̄r videns intuitiue suam dilectōem vel cognitionem certus est ꝺ illis accidentibus q existūt. ly virtute illius intuitiue precise non sit certus in quo existant. aut ēt q̄ ipsa sit accidentia. Et qui de talium speciē

existētia dubitat hꝫ sil̄r dubitare ꝺ exīa actuū anime sue. ac ēt accidentiū sensibilium existentium extra animam. Nec vꝫ q̄ dr̄ multos negare tales spēs. nam ēt multi negauerunt corpora moueri. ⁊ tamē ex sensu certi sumus ꝺ opposito. Ad. 5. dico q̄ est alterius rōnis. ⁊ vlterius dico q̄ nihil p̄hibꝫ eandē noticiam eē duoꝝ obiectoꝝ diuersarum rōnum. quoꝝū vnū mediante alio cognoscat̄ sicut dicit̄ de noticia creaturarum i verbo. Illa vero que dicuntur ꝺ hoc. vꝫ q̄ actus distinguit̄ per obiecta. ⁊ q̄ diuersoꝝ ꝑm spēm non possunt eē actus solo numero distincti. ⁊ per ꝯñs nec vnus numero. si vera sint habēt itelligi de obiectis immediatis quorum. s. vnum non mediāte alio cognoscit̄. vtrum vero talis speciei ⁊ rei extra sit propria ⁊ distincta vtriusq; vl̄ non nunc non diffinio.

Ad. 6. dico q̄ species est similis ꝑm appentiā ipsi rei sensibili extra. ⁊ dico q̄ nihil p̄hibꝫ in aīa indiuisibili eē aliquid indiuisibile quantitatiue ꝑm suam eēntiam seu aliquid nō quantum nec extensum q̄ tñ sit ymago rei quante ⁊ extense ⁊ fit illi sil̄e ꝑm appentiam sicut pulchre ⁊ diffuse ostendit Aug. in de quantitate anime i proposito nostro. s. de memoria ⁊ ymaginib⁹ corpoꝝ in ea recōditis. 7. c. 9. vsq; ad. 24. iclusiue. vñ ꝯcludit ibi q̄ non abhorret a uero animus carere oī corporea magnitudine que tribus ill̄ differentijs consumatur. q̄ius corporus magnitudines quaslibꝫ ymaginari queat. ⁊ ad ꝯfirmationē nego sibi illud assumptū quoniam nisi remanēt aliqd tale seu aliqua talia. ⁊ ymagines sonorum ex quibus ꝯstabat cātus nunq̄ illius recordaret̄ ⁊ exp̄resse vl̄t Aug. io. ꝯfe. c. 10. Et. 12. sup gen̄. c. 29. ait nisi aurib⁹ pcepte vocis ymaginē ꝓtinuo spiritus in seipso formaret ac memoria retineret ignorare㉵ scōa silaba vtq; scōa esset cum iam p̄ma vtiq; nulla eēt que p̄cussa ante transierat ac sic omnis locutio vsus vel omnis cantādi suauitas oīs postremo i actibus nostris corpalis motus dilapsus occideret.

Ad. 7. nego ꝯñam nā sic etiā ꝓbaret q̄ non possemus intelligere actus aīe nostre nec etiaꝫ cognoscere nostras sensatōes cū neutroꝝ hui⁹ entiū sensus exterior sit p̄ceptiuus ⁊ vtrū q; p̄dictoꝝ ꝑm oēs est falsuꝫ. ꝓbō ꝯñe nō vꝫ q: falsū assumit nec ꝓbat. Ad. 8. dicēdū q̄ q̄ꝫ ad bruta memorativa ꝯñs est vtiq; dandū. ⁊ dat idem Aug. 12. de tri. c. 2. nec ille arguens ꝓbat illud dandū non eē. Ad. 9. etiā propter supradicta ꝯcedo ꝯñs q̄ ipse falsū eē non probat. ꝺ eandem ꝯclionē arguit alius socius bacb. tripli citer. Primo sil̄r illō quo vt medio elicitur opatio nō ē imediatus termin⁹ illi⁹ opatiōis. sicut dolobra qua fit scāmū nō ē eius termin⁹ scāmificatōis nec calor quo fit desicatio ē termin⁹ ꝺ ficatōis. Sed sil̄itudo rei vt repr̄esentatiua ē. est mediū quo res ipsa cognoscitur. ergo ⁊c. Secūdo illud est vt obiectū imediat⁹ termin⁹ cognitōis abstractiue ad qō terminat̄ actus me-

fran: p̄di.

moratiue cognitõis·ſz tal'act⁹ nõ terminat ad ſpẽm que ẽ actu pñs ipi memorianti.cũ ꝺ pñti ñ ſit memoria.ſz ad rẽ abſñtẽ·ergo ⁊c. Tertõ illud ꝙ nõ cognoſcit ab aliquo an ſit nõ põt eẽ imediatum obiectũ cognitõis ipſi⁹ certe ⁊ determiate.ſz aliqs ydiota optime cognoſcat ꝺ amico abſñte nll'o cogitamie habito ꝺ ſil'itudie amici q̃ ẽ i memoria.ymo nec cogitat vel cognoſcit quid ſit talis ſimilitudo· ergo nõ eſt imediatus obiectus· Ad ꝓmũ ſi maior capiat tanq̃ vl'is ſicut oz ſi vtil'r debeat aliquid ꝙcludi in illa forma nego ipſam.nã ꝟſtat ꝙ verbũ diuinũ ẽ mediũ quo beati vident cognitõe matutia ſeu diurna creaturas.⁊ tñ ipm ẽ imediatum obiectum tal' cognitõis idem vult ẽt pẽs in de me.⁊ re·vt tactum eſt ſupra ⁊ decl'atum i primo .d.z.q.i. ꝓbõnes adducte ipertinentes ſunt.vt clar eſt. nec vl'em illã probare pñt Ad ſam nego maiorẽ ⁊ dico ꝙ tal'act⁹ nõ ẽ memoria ſpẽi ad q̃ im mediate determinat·ſz intuitio ẽ aliqua memoria rei extra ad quã mediãte tm̃ terminatur .vt ſupra dcm̃ eſt. Ad tertiã dico ꝓmo ꝙ cũ illa maiore põt ꝙcludi ꝺ arguẽtẽ ꝙ talis cognitio ñ terminat imediate ad rẽ ex.ſ.ad amicũ ydiote. q; ꝙſtat ꝙ ydiota neſcit an ſuus amic⁹ ſit i rerũ nã.ſoꝛitan·n.tunc eſt mortu⁹· Rñdeo tñ ad rõnem ꝙ ydiota ⁊ intuet ſimilitudinẽ amici ſui ⁊ ſcit illam eẽ·ſz neſciat eã eẽ ſimilitudine illi⁹· ymo forte putet ꝙ illud ꝙ ipſe intuet ⁊ ſi ꝟz veritatẽ ſit ſimilitudo ſui amici relicta in memoria ſit ipſe amic⁹ ſu⁹ ex exñs.ſz in b̃ ſi ſic putet ipſe fallat ſicut vt ſupra allegatũ ẽ.dicit Aug· qꝺ ẽ ẽt ſatis ad ꝓpoſitum i de ve.re.c.60· Si vnus eſt ille amicus me⁹ .falſus ẽ iſte q̃ cogitãs fingo·⁊ pbat·nã ille vbi ſit neſcio · iſte ibi fingit vbi volo·alia que poſſent obici vel facere dubitare circa modũ cognoſcendi res per ſuas ſpẽs ſatis vt puto diſſolui ⁊ declarari poſſunt ex dcis i.z.d.p.li.i diuerſis qõnibus ibi diſputatis·

Quarta ꝙcluſio ꝟz ꝙ aliquas res homo aliq̃ homo cognoſcit ⁊ nõ per ſpẽm ſatis ẽ clara dicendo rem illã tm̃ cognoſci p ſpẽm q̃ cognoſcitur cognitõe imediate termiata ad ſpẽm illi⁹ ⁊ imediate ad ipam ſicut ſupius accepi. naz cũ oculis coꝛporalibus videm⁹ colorẽ in piete exiſtentẽ vel auribꝰ audim⁹ ſonum i aere fcm̃ aut alijs ſenſibuſ noſtris ſenſibilia ipſa exteriora percipim⁹ tales vtiq̃ noticie terminant imediate ad ipſa ſenſibilia percepta ⁊ non ad ipſoꝝ ſpẽs. per nullam eim exꝓientiam vel rõnem cogimur ponere aliq̃ ſpẽm mediantem per modũ obiecti cogniti iter noticias hui⁹ exteriores ⁊ ipſa ſenſata·Hoc ipm ꝟz ex eo ꝙ in ꝓ.li.d.z.q.i. ꝓbatum eſt nullam noticiam diſtictã rei habita z p ſpẽm eẽ primam illius·Sz oz ꝙ q̃libz talem p ceſſiſſe aliam priorem qua re illa nota fuerit imediate in ſeipſa. ꝟz ẽt iſta ꝙcluſio de rebus inſenſibilib⁹ que imediate in ſeipſis cognoſcunt a nobis·vt probatum ẽ li·ꝓmo.d.z.q·z·

Articuſcõs. Nunc reſtat articul⁹ ſecũdus· ꝟz vtrum hõ cognoſcat per ſpẽs diſtinctas eſſentialiter a noticijs·ſiue vtrũ ſpecies rei ⁊ actualis noticia eiuſdem rei ſint res eſſentialiter diſtincte.⁊ quantũ ad hoc pono duas ꝙcluſiones. Prima ẽ qꝺ ſpẽs rei ⁊ noticia abſtractiua eiuſdem rei.qua.ſ. ipſa res cognoſcitur in ſpecie ſua eſſentialiter diſtinguunt. Secunda ꝙ noticia rei intuitiua .i·qua imediate in ſeipſa res cognoſcitur.⁊ ſpecies eiuſdem rei eſſentialiter diſtinguunt· Pri mam ꝙcluſionem ꝓbo primo auctoꝛitate Augu·z·de tri.c.3·vbi ſmialiter ponit ꝙ ſicut ſpecies ſenſibilis coꝛporis extra ⁊ viſio ſenſus exterioris ſunt eſſentialiter diſtincte.qꝺ tamen non ſenſu ·ſed ſola ratione diſcernitur· ſic illa inqt ipe fantaſia cum aius cogitat ſpẽm viſi coꝛporis cum conſtet ex coꝛporis ſimilitudine q̃ memoria tenet ⁊ ea que inde formant in acie recoꝛdãtis ai.tñ ſic vna ⁊ ſingularis appet vt duo q̃dam eẽ non iueniantur niſi iudicante rõe qua intelligimus aliud eẽ illud ꝙ in memoria manet etiã cum aliunde cogitamus ⁊ aliud fieri cum recoꝛdamur·i·ad memoriam redimus ⁊ illic inuenimus eandem ſpeciem.B ipe .vbi nota ꝙ dicit rõne inuenitur cogitationem ⁊ ſpeciem eẽ duo quedam.⁊ iterum ꝙ aliud ẽ ꝙ in memoria manet ẽt cum aliunde cogitamus ⁊ aliud fit cuz·recoꝛdamur.ex quoꝝ vtroq̃ ꝟz ꝓpoſitum bñ cõſideranti. Et excluditur dcm̃ alterius opp.oppoſite dicentis ꝙ eadem res que dum nõ actu cogitam⁹ ẽ ſpẽs tm̃ nobis actualiter cogitantibus ẽ cognitio ⁊ noticia actualis abſq̃ aliculus noue rei poſitione in potentia cognoſcente . quoniam ſecundum dictum iſtud tunc non vere iudicarentur eſſe duo. Item tunc non aliud fieret ab eo ꝙ prius erat in memoria · ſicut ipſe dicit ibidem .⁊ iterum infra·c.8.d·ꝙ aliud eſt ꝙ reconditũ memoria tenet·⁊ aliud ꝙ inde i cogitatõe recoꝛdantis exꝓimitur. Confirmat ꝟz eũdem noticia actualis ſit ⁊ creatur ex ipſa ſpecie igitur ꝟm eundem ipſa eſſentialr diſtinguitur a ſpẽ·ꝓña ꝟz.añs ꝓbatur.nam eodem li·c.7·ait Quã q̃ itaq̃ formam que fit i acie recoꝛdantis ex ea fiat que eſt memorie.ipſa tamen acies nõ ineriſtit ſed erat ante iſtam . ⁊ infra dicit ꝙ ex eis que memoria continentur viſio facta ẽ i acie cogitantis· Item infra·c·4. a ſpẽ inquit coꝛporis ꝙ cernitur exoꝛit.vt ea que ſit in ſenſu cernentis.⁊ ab hac ea que ſit in memoria ⁊ ab ea que ſit in memoria·ea que ſit in acie cogitãtis· quaꝓpter voluntas ꝙ pentem cũ ꝓle ter copulat.per ſpeciem autem in ſenſu cernentis intelligit ipſam viſionem exteriozem per ſpeciem vero in acie cogitantis intelligit viſionem interiozem.vnde ſtatim ſubdit· viſiones enim due ſunt·vna ſentientis.altera cogitantis.vt autem poſſit eſſe viſio cogitantis. ideo fit in memoria de viſione ſentientis ſimile aliquod ⁊c.vt in precedenti articulo eſt allegatum. Item ſubdit ꝓpterea duas in hoc genere trinitates volui cõmendare . vnam cum viſio ſentientis forma·

